

**Blondus, Michael Angelus /
Avenherze, Abrahe. De diebus
decretoriis, et crisi eorumque
verissimis causis in via Galeni, contra
Neatericos Libellus. Abrahae Aven
Herze de Luminaribus et Criticis
diebus Tractatus ab eodem Autore
nuperime recognitus ac missus in
praelium**

Romae, 1544.

Cote : 6959x01

Ex Libris Sancti Germani à privatis, 1

✻ AD DIVVM ✻ 294

PAVLVM. III. CHRISTIANI
GREGIS PASTOREM
OPTIMVM.

DE DIEBVS DECRETORIIS, ET
CRISI EORVMQVE VERISSI-
MIS CAUSIS IN VIA GA-
leni, contra Neotericos Libellus.


AUTORE MICHAELANGELO BLOND
ARTIVM AC MEDICINAE DO.
CTORE EXIMIO.



ABRAHAE AVEN HEZRE DELV
minaribus & Criticis Diebus Tractatus ab eo/
dem Autore nuperime recognitus
ac mislus in praelium.

ROMAE M. D. XLIIII.

Cum Privilegio Pontificio . In Decendum.



AD DIVVM

PAVLVM. III. CHRISTIANI
GRÆCIS PASTOREM
OPTIMUM.

DE DIEBUS DECRETORIIS, ET
CRISI EORUMQUE VERISSI-
MIS CAUSIS IN VIA GA-
LËNI, CONTRA NECTICOS LIBELLUS.



AUCTORE MICHAEL ANGELO FLONDO
ARTIVM AC MEDICINÆ DO-
CTORE EXIMIO.

ABRAHAE AVEN HEZRE DELV
MINISTRVS & CRITICVS DICIVS TACTIVS AB EOD
DEI AUCTORE IN PECTINE RECOGNITVS
AC MISIVS IN PECTIVM.

ROMÆ M. D. XLIII.

Summi Pontificis Pontificis In Excelsis

2
DIVO PAVLO. III. CHRISTIANI
GREGIS OPTIMO PASTORI.

MICHELANGELVS BLONDVS, S,
POST OSCVLA PEDVM.



ANDREA Thurino Erudito viro, ac medico eximio, P, optime utor valde familiariter, est nãq̃ tuende valetudinis tuæ diligentissimus medicus. Tamen ipse, tuam gratiã Clementiã, ac Benignitatẽ, veneror longe accuratius, Quoniam tua, S, omnibus Christi fidelibus ea vberime largitur, quibus tam in hoc Sæculo q̃ in alio quisq̃ fruitur opulētissime. Propterea ne videar vt seruus in gratus, p̃spiciens, a conseruis quedã male culta, tuæ tamen saluti per q̃ necessaria, curavi ea tuæ, B, retegere, gratia seruande valetudinis, Scripsit. n. Andreas in Fracas̃torũ Medicum, opusculum de Crisi, arbitrãs se scripsisse defensionem Galeni, cum maxime offenderit illum. Ideo ne magni errores transeant in legem medentium, B, P. conscripsi tuæ Celsitudini quantum ambo obdormientes errauerint in doctrina de Crisi, in via Galeni. Quo, S, tua seruans Cursũ Lunæ & Solis, & aspectus planetarũ de præcepto Gal. salubri vita frui possit diutissime, ad salutem animarum & principum Concordiam.

A ii

DIVO PAULO III. CHRISTIANI
GREGIS OPTIMO PASTORI.
MICHAEL ANGELVS BONDVS.
POST OSCVLA PEDVM.

Andrea Thyrus Iudius
vno de medicis exercitio P. optime
mor valde famulauerit. Et non sicut
de archiducibus tunc dicitur. Iam
dicitur. Tamen ipse tuum grandis
mensis ac benignitate, vnicuique
de accuratius. Quoniam tua, et omnibus Christi fidelibus
ca veritate languit, datus tam in hoc seculo et in alio
quibus fratrum opulentissimae. Proposita ne videntur et sitis in
gratis. Tunc, a conspectibus quibus male culis, tunc tamen
saluti per se necessaria, curam ea tua, B. retere, gratia
feruente. Aduersus in F. v. et
Medicum, etiam de Crisi, et dicitur se
nem. Cuius tunc maxime offendunt illam. Ideo ne mox
errare transeat in hunc mundum, B. P. contempsi
Christum quantum ad hoc obferentes errauerunt in do-
Et hoc est in hunc mundum, et in hunc mundum
Luce et alia, et in hunc mundum, et in hunc mundum
delectat vni in hunc mundum, et in hunc mundum
principum Christianam.



3

AD DIVVM PAV-
LVM. III. CHRISTIANI
GREGIS. OPTIMUM
PASTOREM.

MICHAELANGELVS BLONDVS.
DE DIEBVS DECRETORIIS ET
CRISI, ATQVE EORVM VE-
RISSIMIS CAVSIS.



ARISTOTELES, primo de Cælo et mūdo, ait, Deus & Natura, nihil faciunt frustra, & primo Ethicorum, Ratio, inquit etiam, vel natura, semper deprecatur ad optima: Tamē videns oppositū officium Naturæ in quibusdā, præcipuæ circha artē medēdi, in surgens contra illos, vt in errantes, more Galeni, coactus sum, fateri, viam maxime illam esse tenendam in arte medēdi, quā natura præscripsit, & Hypp. atq; Galeno apuit, neq; ab ea declinandum esse, Nam sequentibus illam, omnia facilia & expedita sunt. Contra illam vero viuētibus, non alia vita est, q̄ contra aquam nauigantibus. Itaq; magnus ac optimus magister Deus ex occulto semper producit ingenia præstantiora, quo aperiant, vera ac necessaria medico, & in commentariis Gal. contenta, a quibusdam vero male exposita a quibusdam etiam non intellecta, Qui tamē & defensoris veræ artis medicæ sibi ascribunt nomē & destructoris, errantium in via Galeni, præsertim in doctrina de Crisibus, ac diebus decretoriis. Vigiliis quorum postq̄

perlegi, inueni ꝑcipue duos & iudicio & doctrina errasse in via Galeni propterea ne ipse etiam videar nauigare ad uersus fluctus, apiam errores grauissimos illorū, quos ego hactenus obseruauī ut principes artis medende quos etiā spero post hac, i amicitia magis cōiunctos mihi fore, hanc ꝑcipue propter lectionem, ac fraternam quippe correctionem, non, n. in Scripturis amborum inueni præstantiam quam profitentur, Et si ambo ꝑseferunt artem medicam quia verā nō noscunt medēdi facultatē, Quod ꝑximis diebus mihi clarissime patuit, ex literis vnus, quæ continent reprobationes cuiusdam opinionis de Crisi, Hyeronimi Fracastori, qui non scripsit de meth. Gal. quomodo noscenda sit Crisi in humanis langoribus, seu qua arte dies decretorii serutandi sint in morbis mortaliū. Itaq; inq̄ grauem errorem inciderit qui ꝑcepta Gal. oppugnat, Ex hac lectione facillime noscetur. Et, n. is qui cupit testamentum Hypp. tueri, & Commentaria Gal. defendere, utiq; peruertit serie Testamenti & Commentaria penitus turbat. Ideo hunc puto dignissimum esse nomine offensoris, Namq; antiqua doctrina est Gal. de noscendis causis Decretoriorum dierū & ipsius Crisi ex circuitu Lunæ & motu Solis, Tertio de diebus Decretoriis. Propterea in affectibus valetudinarium, necessariū est medico ꝑito seruire aspectus Lunæ & Cursum Solis, nam dies Criticos bonos ac malos efficiunt Luna cū Sole, ut aperiam maxime de ꝑcepto Gal. In destructionē illius qui putat se scripsisse defensionem Gal. cum scripserit offensionem in Fracastorum. Itaq; sic damnabitur Hyeronimus qui de Crisi recitans diuersorum opinionem secundum motum Lunæ, Nō tamen ille consentit Gal. quis omiserit viam astronomorū de Crisi & diebus Decretoriis, ut & Andreas etiam qui sequitur Lunā, exposuit verbo imitationis. Ideo cum meum semper fuerit studere veritati, cuius & modo quoq; moueor amore at cum doctrina Gal. Cogor male scribentibus recte scriptis respondere, non ut ipse tantum sentio,

verum vt omnis scola medentium seruat ex p̄cepto Gal.
 Quod si quibus nō dum est notum aculent propriā Iner-
 tiam & non damnent illos qui seruant dies decretorios in
 lāgoribus languentium ex cursu p̄cipue Lunæ demum &
 Solis, Propterea ne verbis obtundā quempiam ad rē acce-
 dens, narabo vt vere Crisis accipiēda & consideranda erit
 in affectibus humanis. Sed vt noscatur de quo fit dispu-
 tatio a diffinitione rei incipiam, vt pateat omnibus quid
 turba medentium ignorat, quid ue nouit. prudentum Co-
 pia, maxime necessarium in propellendis langoribus, & re-
 stituendis, iam iam labentibus, sanitati. Hypp. docet pri-
 mo & tertio Epidimiarum q̄ Crisis est solutio morbi, nul-
 la neq̄ excretionē neq̄ abfesu. euidenter p̄gresso, ait Gal.
 secūdo de diebus Decretoriis. Dies vero decretorius erit,
 in quo consideratur seu noscitur solutio morbi. Recte i-
 gitur scripsit Gal, tertio de diebus Decretoriis, Omnium
 certē superiorum Astrorum potentia fruimur, Verū, Sol
 maxime hunc orbem exornat & cōcine disponit, quippe
 veris, Aestatis, Autumni & Hyemis author alius nemo ex-
 stat, nec alius tam manifesto vel ex terrestri fece animalia
 generare potest, vt videtur ī Aestate, Quia in Cenosis ver-
 mium varie species creantur nullo existente animato p̄-
 ductore p̄ter Cenum. Itaq̄ Sol fruges maturat & animan-
 tia concitat ad propagationē. Ibidem Gal, magna sane &
 Lunæ opera in hac rerum substantia apparent, verum
 Solis effectibus posteriora. Et. n. menses hęc perpetuo
 ordinat, idq̄ Euidenter in marinis beluis conspicitur: Nā
 & cōchilia in pleno orbe Lunę, plenā sunt, in Coitu tamē
 tamq̄ vacua apparent. Idem etiam fateor de Cerebro ho-
 minis, quia turgēt ad¹ Craneum vsq̄ in plenilunio, com-
 presum vero iacet in Nouilunio, vt uidi in plerisq̄ Capiti-
 bus hominum ictu sectis ad substantiam Cerebri, En igit̄
 vt Luna in mortalibus plurimum potest. Quinimo natu-
 ra ipsa, vniuersa animantia subiecta sunt eius proprietati-
 bus. Ideo & dies Decretorii fiunt ex Cursu Lunę, & Aspe-

de mub

tribus eius. Quia sic constituit Natura & ipse Deus. Itaque
 nomine & non re, appello medicum illum, qui dies Decre-
 torios in affectibus humanis aliter vult discernere, quam ex cur-
 su Lunae & aspectibus eius, cum Luna sit potissima causa
 Crisis & diei Decretorii, & non per se ipsa Natura homi-
 nis. Ideo Crassum iudicium est eius qui iudicat Crisim, seu
 discernit decretorios dies ex numero dierum, Quia non
 septimo vel undecimo, aut quartodecimo die, ab initio
 morbi numerando, conperitur decretorius dies. Quonia si
 hoc accideret, ex virtute affecti Corporis. Natura quolibet
 die Crisim posset efficere, ac eligere dies decretorios,
 Cum autem hoc minime fiat, dicendum est, quod sit Cri-
 sis virtute Lunae & eius aspectibus, ut paucis docebitur.
 Ait Gal. tertio de diebus decretoriis, Porro illud denuo
 repetendum est quod nos obseruantes verissimum esse con-
 perimus, Ab Aegyptiis astronomis inuentum, Lunam non
 modo Aegris sed etiam sanis, Dies quales tandem futuri
 sint posse pronunciare. Nimirum igitur dum Hypp. danna-
 rit mutationes declinantes ad peiora, in diebus decretoriis
 Nouerat. n. ille, quod illud eueniret ex virtute Corporum
 Caelestium, Nam si fieret hoc de voluntate affecti, procul
 dubio, dies decretorius semper declinaret in melius, prope-
 non more sophistae, verum ordine medentis iuxta metho-
 dum Hypp. & Gal. recitabo vobis necessaria de Crisibus,
 seu decretoriis diebus, quae vel non nouistis, seu lecta non
 Intelligentes spreuistis, ut cognitu non necessaria optimo
 medenti, cum talia maxime noscenda sint, ut medicum quod-
 dam recuperande salutis. Quia aspectus Lunae seu statio-
 nes Tetragone & Diametre, ait, Gal. in eodem lib. In prin-
 cipis bonis, bonas faciunt alterationes, in malis malas. Ideo
 precipit Gal. talia obseruare, Propterea qui more errantis
 falsis obstrepit sermonibus in oppositum Caret medentis
 doctrina. Ego autem fateor, quod non spectat ad medicum
 perquirere qua manifesta ratione haec faciat Luna precipue
 in nobis. Quia hoc astronomium est. Illud vero inquiren-
 dum est,

dum est, quod pertinet ad aspectus Lunæ cum aliquo ex
 planetis & in quibus signis fuerit, quoniam Luna afficit
 atq; inficit mortales de proprietate signi atq; aspectus pla-
 nete. Itaq; quilibet affectuū mortalium seruat oēs Circui-
 tus sequentes consonos, Et compressis circuitibus Solis.
 Dico q̄ Lunæ circuitus dierum stant numero, quia ince-
 dunt secundum motum Lunæ, propterea affectuū, quoruū
 dies septimus, seu quatuordecimus est decretorius, dicen-
 dum est, q̄ fit in tali die bona vel Crisis mala, Secundum
 Lunæ cursum tardū aut velocem, vt retulit Auen hazra
 in Tractatu de Luminaribus & Criticis diebus, Ideo Gal.
 Qui igitur ex proprio principio mutantur, Lunam Sequū-
 tur, qui vero ceu ab aere nobis circūfluo immutantur, In
 toto quidem anno Solem, in singulis mensibus Lunam,
 Hinc dicimus fieri maximas mutationes quæ & saluberris-
 mis accidunt septenis diebus, Hinc etiam illud fit, q̄ plu-
 rimi In eundē affectum sapissime incidant, Qui igit mor-
 bos Hominum student propelere, dum non considerant
 Cursum Lunæ, quæ est causa Sinthomatum, non medici
 appellādi sunt Sed artis medice Corruptores. Itaq; & Crī-
 sis & dies Decretorius considerāndus est ex circuitu Lunæ,
 Quia in acutis morbis ait Gal, septimana est, quod spectat
 ad Lunam, quia numerus dierum est, Indiuernis Clarif-
 simorum Syderum exortus, morborum Causa est, quoniā
 hoc fit in circuitu anni, quod si quis aducit in oppositum
 Hypp, tanq̄ p̄ductore artis medice qui de omnibus scrip-
 sit q̄ optime ad artem medendi spectantibus, De Luna ue-
 ro seu aspectibus eius, & Cursu cæterorum Syderum nil
 dixerit, quinimo vt rem nō necessariam omiserit, comple-
 ctens solummodo numerum dierum ex accidentibus, dici-
 mus cum Gal, secundo de diebus Decretoriis, Hypp. non
 ratione quadam p̄uasum, vt decimumseptimum Decre-
 torium esse statueret, vigesimo autem primo efficaciam a-
 dimeret, sed vsu & experientia doctum, Patet igitur quod
 Luna cum Sole est particularis Causa affectuum humani

B

Corporis, Ideo ex circuitu amborum, considerande sunt affectiones & dies Decretorii. Itaq; Natura hominis neq; sponte neq; innata proprietate est causa pxima, neq; particularis, faciens Crisim, neq; ex cedit medicus limites artis proprie dum ex cursu Lunæ comprehendit Decretorios dies & mutationes quæ fiunt in affectis corporibus, quæ non fiunt ad imitationem Lunæ, Sed de Influxu & proprietate Lunæ, parcat igitur mihi Thuringius quia maxime in hoc decipitur, Nam quod violentū natura hominis patitur, Ex celeri Cursu Lunæ illud patitur, Sic & dies Decretorius antecedit septimum, quoniā in sexto nonunq; et in quinto die efficitur Crisis, Tandem hæc Celeritas, non est ascribenda naturæ affecti Corporis, Sed ipsi Lunæ, & effectibus eius, Nec mirandum est, dū reprehensorio vtor sermone, quia imitor Gal. quoniam ille tertio de diebus Decretoriis, reprehendit illos qui in acutis morbis putāt primum diem Hypp. enuntiasse, cum scripserit primū Circuitum imparium dierū Catalogo. Itaq; neq; Hypp. neq; Gal. processit numero Dierum, in morbis, quos imitantes medici, dierū Circuitu procedere debent in affectibus humanis, & nō numero dierum, quia primus Circuitus, quartum diem inducit, ait Gal. Sed imparium dierum, tertius erit dies, comprehendens lucē & tenebras, quæ perficiuntur horis viginti quatuor, Isq; dies statutus est princeps dierum a Galeno, qui cum perturbatione quadam morbos mutant, & est quaternarius cum septimo, & est dimidium Septimane, tertius & quintus dies coincidunt, & fit iudicium ex accessionibus, tamen nō minus quarto die decernunt, Ideo Gal. Confutans illos qui numero dierum procedunt in morbis, indecernendis diebus Decretoriis, seu ipsa Crisi, ait, Si dierum numerus ipse decernendi facultatem haberet, non frequenter diebus imparibus, raro paribus, verū perpetuo. Imparibus, nunq; paribus de acutis morbis iudiciū fieri oporteret, neq; n. septimi vel quarti numerus, Crisis autor est. Sed quod Luna recentiore

& terrena immutante motu quoque Circuitus ad hos principes numeros venire contigat, merito in ipsis tamquam siata alterationum tempora inveniuntur, quippe, mutationes non numeris, sed Lunæ terrena debent. Itaque tempus iunctum est mutationibus necessario, propterea & numerus dierum, Neque paritas masculis & imparitas feminis est ascribenda. Nec imbecilitas uiris, Nec feminis fortitudo, Nec masculos acutis seu breuibus morbis, & feminas longis suppositas esse, sed feminas masculinos affectus & viros femininos langores posse pati, seu, ut prouenerit ex uirtute Lunæ & aspectibus, quoniam Luna terrena immutat, & eadem est causa principalis, quæ in septimanis fiant magne mutationes & in quaternionibus exigue, in quibus & parua accidit Crisis & magna. Ideo & accessiones quæ fiunt in acutis die tertio & aliis imparibus diebus eueniunt uirtute Lunæ, propterea, his diebus urget necessitas medicum ad iudicium. Itaque quod de primo Dixi ad quartum, de tertio ad septimum, Idem dico de quinto ad nonum, de septimo ad undecimum, de nono ad tertium decimum, de undecimo ad quartum decimum, ac de septimo ad quartum decimum, sicut namque circuitus dierum per dies hos ut dictum est. Quare secundum accessiones in his diebus uirtute Lunæ fiunt dies Decretorii & Crisis, scilicet, in quarto, vel septimo, seu undecimo siue quarto decimo, vel tertio, seu quinto, vel sexto, siue octavo, aut nono, seu undecimo, vel tertio decimo, iudicando ut narraui. Quia his omnibus, fere diebus licet medico morbos per acutos iudicare, Quia illorum dies postremus Decretorius est septimus, & ante hunc non tam tertius, vel quintus quam etiam sextus, ait Gal, & de primo fit questio non unquam inter prudentes medicos, Tamen tam tertius, quam quintus, & sextus, & septimus, omnes decernunt, propter vehementiam accessionum, Verum enim uero, notandum est quod septimus non constat ex integris septem diebus quod, & Hipp. & Gal. nouerunt, Et morbus qui ad vigesimum diem

ascendit diuturnus est. In hoc autem morbo paribus diebus accessiones fieri solent, Ideo Gal. refert dicta Hypp. tertio de diebus Decretoriis. Hæc igitur accessiones per quatuor inuiginti auctæ finiuntur, Et iungit, q̄ hæc supputatio nō potest fieri per dies integros, quia nec annus, nec mensis numerantur diebus integris, vt apud eisdem patet difusus. Tres tandem septimane, minus q̄ viginti vno die constant, & quia Lunaris Circuitus, stat diebus viginti septem & tertia parte vnus. Itaq̄ numerus septenarius constat minus sextante diebus septem, Igitur quorum morbus iam fuerit diuturnus, hii paribus diebus patiuntur accessiones, tandem Crisis horum labitur ad vigesimū primum, propter circuitum Lunæ, & tempus mēstruorū, quod potestatem in nos habet, vt docuit Gal. Dicit autē aliquis, mutationes quæ accidunt corporibus & proprie & communes, non accidunt virtute Lunæ quoniam Eueniunt defectu ipsius naturæ hominis, itaq̄ hæc talia Luna non causat, Tamen iis Gal. scripsit oppositum, Nam proprie mutationes, tamq̄ ad propria principia spectant, & communes ad communem ambientis usum. Ideo Gal. ait ad eundem modum vtrolq̄ Lunæ Circuitus fieri contingit & communes propriis paulo breuiiores esse, docet ibidem, Sed propria mutatio Corporis est illa, quæ ex circuitu signiferi descendit. Cōmunis vero oritur ex tempore mēstruorū sciendū est etiam ex sententia Hypp. q̄ nulla supputatio potest fieri per dies integros, at per fractionem alicuius diei, vt monstravi superius de septimana, Quare illud idem dico nunc de numero quaternario dierū, de mense, de anno, ac de omnibus numeris simillimis. Quod si quis medentium, non Comprehendit vel negat hæc proculdubio expers est medicæ facultatis, in hos etiam falsos professores huius artis irascitur Gal. nam qui veritatē non diligunt amant in eptias, quia in morbis vt Crisim inueniant vtuntur exemplo similitudinario, vt septem peccatis mortalibus vel septem artibus liberalibus, quid autem spectat numerus similitudinarius ad picernā, Diui Pauli,

III. M. P. commitem Carolum qui obiit diem in cir-
 cuitu quartodecimo & in oppositione Lunæ, seu ad fami-
 liarem nostrum qui occubuit die septimo ex morbo late-
 rali, vel ad uxorem meam que cecidit e gradibus quarto no-
 nis maias, hora sextadecima diei, duodecim vero horis, &
 minutis quinque post coniunctionem Lunæ, frangensq; Cru-
 ra & Caput inficiens vulnere occubuit nona Kal, Iulias ea-
 dem hora qua & cecidit. En ergo ut venit ad malam Cri-
 sim ex cursu Lunæ ad XXI. non dum peractum, illam
 autem urbis medentibus plurimis curare sperantibus ab ini-
 tio prognosticati sumus morituram. Tamen, cum nec febris neq;
 conuulsio adesset nisi post, XIII. haud mihi credebant,
 His apparentibus, prognostico credere ceperunt post, XIII.
 & fortius post, XVI. XXI. autem non per acta ves-
 rum monstratum est iudicium nostrum, Ex cursu Lunæ &
 aspectibus in reuolutione menstruorum malam eius futu-
 ram esse Crisim, Itaq; apparentibus eius mensibus dicto
 die obiit diem, Itaq; notissimum est sapienti, q; multiplex
 & excessus & defectus est medentium, nam quidam volen-
 tes fere veritatem de Crisi & diebus Decretoriis, prorsus op-
 positum efferunt, quinimo, in nugas incidunt, ut proprii
 ingenii retegant Crasiciem, Ideo tales, non adeo sunt vo-
 candi ad consilium affecti, q; sunt fugiendi, ut nugatores,
 vel ut segnes, qui fugiunt laborem studendi, Constat, n.
 quod scripsi de meth. Gal, atq; Hypp. quod iam & Rurico-
 lz & ipsi Nautæ norunt, Lunam, Silicet, Tellurem & in-
 colas eius, tamq; quemdam Principem magni regis, Solis,
 Immutare, ait Gal, cuius circuitus sequi dies Decretorios
 iam monstraui, Et quoq; dierum coincidentium causas nar-
 rari, ut & in morbis noscatur Crisis & in secunda valetu-
 dine instituat bonam victus ratio, ex præcognitione tem-
 poris, quæ sit sano iudicio. Sed ut noscatur quis morbus
 sit acutus, dico ac cum Gal. Acutus morbus nuncupatur
 ex specie motus, vel secundum Hypp. est accidens cum fe-
 bre continua, qui Celerrime tendit ad Crisim, contrarius

huic est morbus diuturnus, & eius Crisis, Tamen confite-
 or nouisse q̄ plurimos medicos, cum quibus sermonem fa-
 ciens isdem de rebus, spernebant hæc, vt medico non ne-
 cessaria, Nec mirandum, quoniam non tam quæ Hypp. res-
 liquit testamento legerunt, sed neq̄ etiam quæ Gal. scri-
 psit Clarius cupiunt discere, propter ignauiam, Ideo quæ
 ignorant conantur damnare. Propterea plurimos interfi-
 ciunt quis impune, Quibus si accessiones, & morbi consti-
 tutiones note forent, si tempora anni, & circuituum inui-
 cem incrementa cognoscerent, hoc vtiq̄ non fieret, Tan-
 dem ignorantia omnium malorum est Causa, Quare qui
 bonus optat vocari medicus, oportet illum exercere Cor-
 pus in oibus Simplicibus dispositionibus, vt ex illis singu-
 lis iam noscat perfectas, ait Gal. secundo de Crisibus. Ta-
 men dubium quod insurgit mihi mouendum est etiam, cõ-
 tra amborum opinionem, p̄cipue contra illius, qui vult, vt
 Lunã imitetur Natura & non pareat eius influxibus, Itaq̄
 cur infans, conceptus in vtero, atq̄ egrediens in lucem se-
 ptimo mense vitali fruitur aura, sexto autem, vel quinto,
 vel octauo mense natus, nequaq̄. Hoc. n. si fieret ad imi-
 tationem Corporum Cælestium numero tantum, Dico
 quod numerus in quo ternarius & quaternarius comperi-
 tur numerus, ex arte medici numerus perfectus est, iis nãq̄
 numeris dierum, incidunt decretorii dies, et quoniam ter-
 narium p̄fectum & quaternarium vnitatem & perfectionẽ
 continet ac dualitatem, Ex ternario etiã & quaternario
 conficitur numerus septenarius & octonarius, Ideo tam
 quinto mense, q̄ sexto, veniens in lucẽ, deberet infans vi-
 uere. Tamen necessario moritur, quinimo Octauo men-
 se, fortior & perfectior existens infans, vitali tandem au-
 ra frui deberet, Tamen Totum oppositum esse, manife-
 stum est omnibus, Propterea dico q̄ p̄cipue Lunæ ascri-
 bendum est, vt Infans natus Septimo mense viuat, quia
 primo mense Saturnus in frigidans ad desicans coagulat,
 Secundo mense Iupiter immittit spiritum vitalem, tertio

Mars Componit ossa, quarto Sol calorem in corde & sanguinem in iocinore perficit quinto Venus componit faciem, disponens aures supercilia cum testibus, Verū septimo mense Luna situans membra in propriis locis diuidit ac ipsum Pulmonem. Ideo dum hoc mense nascitur Infans, vitali aura frui potest, Quod autē non uiuat octauo mense, dico quod fit hoc propter prauitatem Saturni, quia perfecta Luna, fit conuersio ad Saturnum, qui membra Infantis stringit frigiditate, & frigidum præcipue cum Sicco ut inquit Arist, est mortificans, Itaq; numerus mensium non est Causa ut moriatur Infans octauo mense, sed neq; Sydus Saturni, quia tum fit mala Crisis, ex aspectu Lunæ cū Saturno, In nono autem mense, dum Infans nascitur, nimirum q̄ uiuat & fiat optima Crisis, quia tum Iupiter regnans fauet illi, bonus utiq; planeta, quoniam calore diuidit membra ab utero parentis, At quoniam & Crisis & dies Decretorius, decernitur, ut dictum est Secundū Auen Hezram, ex tardo seu cursu veloci Lunæ, Propterea sciendum est, q̄ in Ariete Luna quādoq; velox est duobus mensibus, in Tauro p̄ mensem tantū, in Geminis tarda per mensem, in Cancro autem velox, in Leone velox, in Virgine tarda, in Libra tribus mensibus velox, In Scorpione totidem mensibus velox, & in Sagitario haud aliter in Capricorno eorundem mensium celeritatis seruat vestigia, in Aquario velox per mensem, sed in Piscibus, tarda per mensem, ut patet mense Ianuario.

Anno a natiuitate salutis nostre quadragesimo tertio supra quingentesimum & millesimum, Anno vero diui Pauli. M. P. nono, hoc tandem posui exempli gratia, Itaq; incedere modo Lunæ non intelligitur, de imitatione eius, ut interpretatur Andreas Thurinus, quia Gal. in plurimis iam dictis locis docet, q̄ genus humanum sub est influxibus Lunæ, Tandem incedere modo Lunæ nil aliud est q̄ ostendere in nobis eius proprietates, quibus natura nos supposuit, hoc igitur non est imitatio, sed est manifesta li

bictio eius influxibus, cum eius effectibus & afficimur &
 inficimur. Ideo mutationes quæ fiunt in nobis, non eue-
 niunt ab ipsa hominis natura, neq; ab eius in trinfeco prin-
 cipio, sed ab effectibus Lunæ, vt superius perhibui de
 mente Gal. Neq; verbum sequimur, significat imitari, ve-
 rum, significat progredi secundū voluntatem alterius, mā
 datis eius obtemperando. Tandem morbi qui Lunam vel
 Solem sequunt, non imitant illos, videlicet, non gradiunt
 vt ipsi in cedunt, at eorum sunt suppositi influxibus. Ideo
 morbi, in mensibus Lunam, in anno sequuntur Solē, quod
 monstratur in Corporibus nostris, In mense secundum
 naturam Lunæ, In anno autem secundum Solis, Demum
 ex iis colligitur, q̄ Sol in anno, Luna vero in mense est
 particularis & vniuersalis Causa mutationum nostri Cor-
 poris, scriptum. n. est, q̄ Sol est Lumen Cæli & rector mū-
 di, & factor temporum, ille etiam mobilia cuncta mouet,
 estq; causa omnium nascentium ac crescentium in terris,
 itaq; refectionis est Author, dicitur & Cæli magnus spiri-
 tus, Luna vero est regina & gubernatrix noctis, potens in
 mari, omnis fructus a quæ per eam aperitur ac per Augu-
 mentum & ipsius decrementum fit incrementum & decre-
 mentum in medullis & cerebro hominis (vt dictum est
 superius) ac brutis animantibus, Cumq; hoc Gal. esset no-
 tissimum, rectissime scripsit, q̄ Crisis Luna est causa in mē-
 se, & Sol in anno, Ideo dicendum est, quod homo seu eius
 Natura imbecillis, vel infecta, non potest imitari Lunam
 vel Solem, Nec etiam concoquere ex succis incoctum, ni-
 si adiuta fauore amborum, Itaq; Natura hominis, nunq̄
 per se est causa proxima seu particularis, Crisis, vel etiam
 cōcoctionis succorum, quod considerans Non transgredi
 or limites medicinæ, nā frequentissime & vobis accidit, ut
 valetudinariis, in coniunctione Lunæ vel in oppositione
 nō obtulistis Pharmacum, quia tū omnes succi mouēt in
 homine, Tandem timētes ne tum pharmacum educat lau-
 dabilem succum, illaudabilem vero destituat, Et sit fone-
 ris &

ris & nō salutis causa fores. Quod si quisq; vestrū nō time-
ret pculdubio tā i cōiunctiōe q̄ in oppositiōe lunæ, quisq;
mederium offerret pharmacū, vt in validū valetudini q̄pri-
mū restitueret hoc aut nō sit ppr timorē Lunæ, Igit̄ dicē-
dū est, q̄ Luna plurimū potest in nobis, Quinimo tā salu-
britatis q̄ hebetudinis, tū Lunā, cū Solē dico esse causā p̄ci-
puam, Itaq; virtutes nostri Corporis reguntur secundum
naturam horum maxime planetarum. Tandem Luna est
causa accessionum in morbis acutis diebus imparibus, p̄-
cipue die tertio, Et i diuturnis vt fiant quottidie seu i quar-
to circuito, neq; est admittendus ille, qui quartum diem
morbi, vult, q̄ quarta etiam sit lunaris hebdomade, quo-
niam fit in nobis & accessus & recessus morborum, non
ex aliquo numero similitudinario, sed ab effectibus Lunæ
& in circuitibus fiunt Crises secundum velocem seu tar-
dum Cursum eius, propterea vehementer errant qui in lā-
goribus humanis respiciunt numerum dierum, & ex nume-
ro proportionem cum Luna. Et cum quis dicit, natura
super materiam morbi efficit notabiles impræssiones, per
quodras septimanarū distinguens, tanq̄ mensis operan-
tis naturæ hominis esset, & non Lunæ, salitur, quinimo
maxime decipitur, quia & principii morbi & auctoris, sta-
tus etiā & declinationis, in mēse Luna est causa specialis-
sima, Lunaris etenim mēsis est, & quicquid fit in mēse eius
est, vt & annus solaris & quæ fiunt in eo eius sunt, Non
n. tempus mensis Ianuarii quo scripsi hæc, erit tempus al-
terius mēsis, nec defectus fructuū p̄teriti anni erit sequētis
āni defectus, Nāq; Solis cursus', et natura illius āni fecit il-
lud, alia vero efficit luna alterius mensis. Itaq; causa effi-
ciens Crisis, erit luna in acutis, sed in diuturnis morbis e-
rit Sol, & non natura hominis salubris vel infecta vt asse-
rit Hyeronimus Fracastorus cum Andrea Thurino, Gal.
tandem credendum est, & non Hyeronimo seu Andrea
quorū alter melancoliam vult causam esse Crisis in quar-
to, nam tardissimus est motus eius & hætenus succus ille
nō mouetur non fit Crisis secundum illum, ipse autem di-

C

co, q̄ nō tā melancolix sed neq̄ alio cui vis succorū Crisis est ascribenda, sed neq̄ quartus dies, & est pars vna hebdomadæ & vult Thurinus q̄ is quartus per magnā habeat facultatem Crisis, cuius causam non docet, sed est Luna cum in quarto circuitu acutorū fit Crisis, is etiam mouet cōtra Hyeronimū hoc modo. Quod dū humoribus tribuendum sit ascribatur potius bili q̄ melancolix quia bilis est causa motus succorum & est vehiculum illorū, itaq̄ & ipsius Crisis succus is potior causa deberet esse, Ego autem de mēte Gal. dixi ac dico Nullū ex succis causam esse Crisis, neq̄ vna omnes, seu tenuitatē vel Crassitiē, neq̄ tardū aut celerē motū illorū, vel tenacitatē vel frigidā vel calidā succorū proprietatē, sed lunā & aspectus eius quæ & motus humorū in nobis est causa & quietis in mēte, vt & Sol in anno, hoc tandē vobis amicis & patribus volui scripsisse quo meū amorē & quoq̄ affectionē erga vos & doctrinā Gal. nosceretis, Et si quid præter opinionē vestrā scriptū inueneritis cū sit de meth. Gal. æquo animo ferre poteritis, quod si quicq̄ ægro animo acceperitis ex hac lubricatiuncula, q̄ primū docentes me p̄stantiori ingenio q̄ fecistis hactenus, scriptis certiorē reddentes per gratum mihi erit.

Ex tugurio Blondi.